Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Prologi super apostolum Paulum

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

omnia scis · tu scis quia amo te · Dixit ei · Pasce oues meas · Amen amen dico tibi · cum esses iunior cingebas te et ambulabas ubi uolebas · Cum autem senueris · extendes manus tuas · et alius te cinget et ducet quo tu non uis · Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset deum · Et cum hoc dixisset · dicit ei · Sequere me · Conuersus petrus · uidit illum discipulum quem diligebat ihesus sequentem · qui et recubuit in cena super pectus eius et dixit · Domine · quis est qui tradet te · Hunc ergo cum uidisset petrus dicit ihesu · Domine · hic autem quid · Dicit ei ihesus · Sic eum uolo manere · donec ueniam quid ad te · Tu me sequere · Exiuit ergo sermo iste inter fratres · quod discipulus ille non moritur · Et non dixit ei ihesus quia non moritur · sed sic eum uolo manere donec ueniam quid ad te · Hic est discipulus ille · qui testimonium perhibet de hiis et scripsit hec · Et scimus quia uerum est testimonium eius · Sunt autem et alia multa que fecit ihesus · que si scribantur per singula · nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros · Explicit euangelium Johannis · Incipit prologus super apostolum Paulum ·

Epistole pauli ad Romanos causa hec est · earum eduobus populis · idest de iudeis · et gentilibus con gregatam · exequat meritis · ut causas ei auferat simulatas que de uoluntate per discordiam mutuam nascebantur · Ergo ut pace inter se · et caritate iungantur · Ostendit pares editione · dum peccatis fuisse obnoxii comprobantur · quia eque salutem per fidem christi sunt et gratiam consecuti · Nam neque iudeis profuisse legem in custodiam nocet · nec gentiles posse legis ignorantie defendi · quos ratio ad dei notitiam perducere poterat · et ab omni uite prauitate reuocare · Grato quidem legis expositione non continuam esse decreui · sed subnotationes breues singulis uersibus ac uerbis apposita pauli apostoli epistole numero · xiiii · ad romanos · i · ad corinthios · ii · ad galathas · i · ad ephesios · i · ad philippenses · i · ad colosenses · i · ad thesalonicenses · ii · ad thymotheum · ii · ad thytum · i · ad philimonem · i · ad hebreos · i · Dixi textus uel numerus epistolarum ad unius hominis perfectionem proficit · Curat enim ita agit · apostolus paulus quod tum sic incipientibus · qui post gentilitatem ut initia fidei sortiantur · et perueniant ad spem uite eterne · Multa de philosophicis rationibus insinuat · multa de scripturis diuinis · ad chorinthios prima consecutos iam fidem non recte conseruantes obiurgat · Secunda ad corinthios contristatos quidem · sed emendatos ostendit · Galathas in fide ipsa peccantes · et ad iudaismum declinantes exponit · Ephesios quia incipiunt et custodiunt laudat · quia ea que acceperant seruauerant · Philippenses · quia in quo crediderunt fructuantes ad fructum peruenerunt · Colosenses collaudat · quia uel ut ignotis scribit · et accepto nuntio ab epaphra conuersos esse eos gratulatur · Tessalonicenses in opere et fide creuisse gratulatur · In secunda preterea quod et persecutione passi fide perseuerauerunt · quos et sanctos appellat ut illos qui in iudea christum confessi

explicit Johannis incipit prologus super apostolum paulum

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

persecutiones fortiter tollerarunt. Ad
hebreos ad quorum similitudinem passi sunt
thessalonicenses. ut in mandatis perse-
uerantes persecutionem promptissime
patiantur. Omnes ergo epistole pauli sunt
numero .xiiii. Ad romanos. ad corinthi-
os .ii. Ad galathas. ad ephesios. ad
philipp. ad colosen. ad thessalon. ii.
Ad hebreos quos hortatur ad similitu-
dinem thessalonicensium. Hec in cano-
ne non habetur. Relique ad thimotheum
primum quemadmodum agat ecclesia. Ad thy-
motheum .ii. quemadmodum seipsum agat.
Ad tytum ut creditam sibi ecclesiam
recte ordinet. Ad philimonem de ho-
nestissimo seruo qui emendatus me-
lior factus est. Item prologus.

PRimum queritur quare
post euangelia que sup-
plementum legis sunt
et in quibus nobis exem-
pla et precepta uiuendi plenissime
digesta sunt uel noluit apostolus has
epistolas ad singulas ecclesias. Hac autem
causa factum uidetur. scilicet ut initia nascen-
tis ecclesie nouis causis existentibus et
presentia atque orientia resecaret. exem-
plo prophetarum qui post editam legem moy-
si. tamquam non mandata legebantur. nichilo-
minus tamen doctrina sua rediuiua sem-
per populi compescere peccata. Et post exemplum
libris nostram etiam ad memoriam trans-
miserunt. Deinde queritur. cur non amplius
quam decem epistolas ad ecclesias scripserit.
Decem sunt enim cum illa que dicitur ad he-
breos. Nam relique quatuor ad discipulos
specialiter sunt porrecte. ut ostenderet
nouum non discrepare a ueteri testamento
et se contra legem non facere moysi ad nu-
merum primorum decalogi mandatorum suas
epistolas ordinauit. Et quod ille preceptis
a pharaone instituit liberatos. totidem
hic epistolis a diabolo et ydolatrie seruitute
edocet acquisitos. Nam et duas tabulas
lapideas. duorum testamentorum figuram
habuisse. uiri eruditissimi tradiderunt.
Epistolam sane que ad hebreos scribitur
pauli quidam non esse contendunt. eo quod
non sit eius nomine titulata. et propter sermonis
stilique distantiam. sed aut barnabe.
iuxta tertullianum. aut luce. iuxta quosdam
uel certe clementis discipuli apostolorum et
episcopi romane ecclesie. post apostolos ordinati.
quibus respondendum est. si propterea pauli non
erit. quia eius non habet nomen. ergo nec alicuius
erit. quia nullius nomine titulatur. Quod si
inconueniens absurdumque est. ipsius magis
esse credenda est. que tanto doctrine sue
fulget eloquio. Sed quia apud hebreorum eccle-
sias quasi destructor legis falsa suspitione
habebatur. uoluit tacito nomine de figuris
legis et ueritate christi reddere rationem. Ne
odium nominis fronte prelati. utilitatem
excluderet lectionis. Non est sane mirum. si
eloquentior uideatur in proprio. idest he-
breo. quam in peregrino. id est greco. quo cetere
epistole sunt scripte sermone. Mouet
etiam quare romanorum epistola in primo sit
posita. cum eam sit postremam scriptam. ratio
manifestet. Nam hyspaniam se proficiscentem
in ultima scripsisse testatur. cum corinthi-
os et alios ante tamen ut ministerium quod secum
portaturus erat colligerent litteris adhor-
tatus sit. Unde intelligi quidam uo-
lunt ita omnes epistolas ordinatas ut
prima ponatur. quamuis posterior fuit
destinata. ut per singulas epistolas gradibus
ad perfectiora ueniretur. romanorum namque

plerique tam rudes erant ut non intelli-
gerent Dei se gratia et non suis meritis esse sal-
vatos, et ob hoc duo inter se populi confli-
ctarent. Idcirco illos indigere asserit con-
firmari, vitia gentilitatis priora com-
memorans. Corinthiis autem dicit iam
scientie gratiam esse concessam. Et non tam omnes
increpat quam cur peccantes non increpa-
verint reprehendit, sicut ait: Auditur
inter vos fornicatio, et iterum: Congregatis vo-
bis cum meo spiritu tradere huiusmodi satha-
ne. In secunda vero laudantur et ut magis
ac magis proficiant commonentur. Galathe
iam nullius criminis accusantur nisi hoc
tantum quod callidissimis pseudoapostolis cre-
diderunt. Ephesii sane nulla reprehen-
sione sed multa laude digni sunt, quia
fidem apostolicam servaverunt. Philippen-
ses etiam multo magis collaudantur, qui
nec audire quidem falsos apostolos volue-
runt. Thessalonicenses nichilominus in duabus
epistolis omni laude prosequitur, eo quod non solum
fidem inconcussam servaverunt veritatis
sed etiam in persecutione civium fuerunt constan-
tes inventi. Colosenses autem tales erant
ut cum ab apostolo visi corporaliter non fuissent
hac laude digni haberentur: Et si corpore in-
quit absens sum, sed spiritu vobiscum sum
gaudens et videns ordinem vestrum. De
Hebreis vero quid dicendum est, quorum Thessa-
lonicenses qui plurimum laudati sunt
imitatores facti esse dicuntur, sicut ipse ait:
Et vos fratres imitatores facti estis ecclesia-
rum Dei que sunt in Iudea. Eadem enim passi
estis et vos a contribulibus vestris que et
illi a Iudeis. Apud ipsos quoque Hebreos ea-
dem commemorat dicens: Nam et vinctis
compassi estis et rapinam bonorum vestrorum cum
gaudio suscepistis, cognoscentes vos
habere meliorem et manentem substantiam.

Romani. Incipit prologus.

Romani sunt qui ex Iudeis gentibus-
que crediderunt. Hii superba
contentione volebant se al-
terutrum superponere. Nam Iudei dicebant:
Nos sumus populus Dei quos ab initio di-
lexit et fovit; nos circumcisi ex genere A-
braham ex stirpe sancta descendimus, et nos-
tro apud Iudeam tantum Deus. Nos de Egypto
signis Dei et virtutibus liberati mare
sicco pertransivimus pede, cum inimicos
nostros gravissimi fluctus involverent.
Nobis pluit Dominus manna in deserto, et quasi
filiis suis celeste pabulum ministravit.
Nos die noctuque in columpna nubis
ignis que precessit ut nobis in invio iter osten-
deret. Atque ut cetera eius circa nos im-
mensa beneficia taceam, nos soli digni fu-
imus Dei legem accipere, et vocem Dei lo-
quentis audire, eiusque cognoscere voluntatem.
In qua lege Christus nobis promissus est, ad quos
et ipse se venisse testatus est dicens: Non veni
nisi ad oves que perierunt domus Israel,
cum vos canes potius quam homines appella-
verit. Equum nec est ut hodie ydola de-
serentes quibus ab initio deservistis nobis
comparemini, et non potius in proselitorum loco
ex legis auctoritate et consuetudine
deputemini. Et hoc ipsum non merebamini
nisi quia larga semper Dei clementia vo-
luit vos ad nostram imitationem admit-
tere. Gentes etiam e contrario respondebant:
Quanto maiora erga nos Dei beneficia
narraveritis, tanto maioris vos cri-
minis reos esse monstrabitis. Semper
enim hiis omnibus extitistis ingrati. Nam
ipsis pedibus quibus aridum mare tran-
sistis ludebatis ante ydola que fecistis.

et ipo ore quo paulo an̄ ob nece̅ adu
sarioꝝ dn̄o cantaūatis · simulachra
uob̄ si pposuistis · Et illis oculꝭ quibꝫ
dn̄m in nube ul' igne ↄspice̅ solebatis
simulachꝫ intuebamī · Manna q̄q;
uob̄ fastidio fuit · et semꝑ in deserto
ↄ dn̄m murmurastis · ad egyptum
unde uos manu ualida eiece̅ redire
cupientes · Quid plura · Ita p̄res ue
stri creb' puocatione dn̄m irritauīt
ut om̄s in h'emo morerent' · nec plu'
ex senioribꝫ eoꝝ q̄m duo hoīes t̄ra
repmissionis i'trent · Sꝫ quid antiq̄
replicam' · cū etiā si minime illa fe
cissetis · de hoc solo nemo uos digno
ueniā iudicaret qd' dn̄m xp̄m pph̄a
rum semꝑ uob̄ uocibꝫ repmissum
n̄ solum suscipe noluistis · sꝫ etiam
morte pessima peremistis · Que nos
ut cognouim' statim credidim' cū
nob̄ de eo an̄ n̄ fuit p̄dictum · Vnde
pbatur qd' ydol' seruiuim' n̄ obsti
nationi mentis sꝫ ignorantie dput
tandū · Qui cū agnitū illico sequi'
olim utiq; sequeremur · si antea cog
uissem' · Si autē uos de genis nobili
tate iactatis · q̄i n̄ moꝝ imitatio mag
q̄ carnal' natiuitas · filios nos fa
ciat eē sc̄oꝝ · denīq; esau ↄ ysmael
cū de stirpe sint abrahe · nimīme
tn̄ in filios reputant' · Quibus taliter
altercantibꝫ · apl's se mediū inpone̅s
ita partiū dirimit q̄stiones · ut neu
trū eoꝝ sua iustitiā salutē meruisse
ↄfirmet · ambos ū ꝑplos ↄ scient' et
grauit' deliquisse ostendit · iudeos q̄
p p̄uaricatione̅ leg' dn̄m inhonora
rint · gentes ū q̄ cū cognitū de crea
tura creatore̅ ut dn̄m debuīnt uenerari ·

gl'am eius i manufc̄a mutauīnt sy
mulachꝫ · Vtrosq; ↄ simil' ueniā ↄse
cutos · equales eē uerissima ratione
demōstrat · p̄sertim cum i eade̅ lege
p̄dictū ↄ iudeos ↄ gentes ad xp̄i fide̅
uocandos ostendit · q̄m ob rem uicissi
eos humilians ad pace̅ ↄ ↄcordiā co
hortatur · Item plogus In Ep'lam

Romani Ad Romanos.

Romani qui in urbe roma in xp̄m
ih'm crediderant · ita a f̄r̄is
apl'is dep̄uati erant · ut s̄b nomīe d̄o
nri ih'u xp̄i in legem ↄ circumcisione̅ in
ducentur · Hos apl's reuocat ad uerā
ↄ euangelicam fidem · scribens eis ab
athenis. Incip' Ep'la ad Romanos.

Paulus ih'u
xp̄i uocat' apl's ·
segregatus in
euu̅glium dei q̄
ante p̄miserat
p pph̄as suos
in scripturis
sanctis de filio
suo qui factus est ei ex semine dauid
sc̄dm carnem qui p̄destinatus est fili'
dei in uirtute · sc̄dm sp̄m s̄cificationis
ex resurrectione mortuoꝝ ih'u x̄ dn̄i
nr̄i p que̅ accepim' gr̄am ↄ apl'atum ·
ad obediendum fidei i omībꝫ gentibꝫ
p nomine ei' · i quibꝫ estis ↄ uos uo
cati ih'u x̄ · omnibꝫ qui s̄ rome · dilc̄is
dei uocatis sc̄is · gr̄a uob̄ ↄ pax a deo
p̄re nr̄o ↄ dn̄o ih'u xp̄o · Primū q̄de̅
gr̄as ago deo meo p xp̄m ih'm · p oīb'
uob̄ · quia fides ur̄a annūtiatur in
uniuso mūdo · Testis ē m̄ ē d̄s cui
seruio in sp̄u meo i eu̅o filij eius qd'
sine intmissione memoriā ur̄i facio

Arḡ ep'la ad Romanos

Post'[illa] ad Roma.